

109
92

GEORGII QVIRINI PŒCKEL,
IN ACAD. LIPS. ICTI,

TRACTATIO IVRIDICA,
DE
**CRIMINE
PARTVS
ABACTI,**

*W*on
Obtreibung der Geburth;

Olim Mense Octobr. 1684. Lipsiae habita.



HALAE SALICAE,
APVD IOANN. CHRISTIANVM HENDELIVM
MDCC XXXIX.

(6)



Benev. Lector.



Odere quāplurimos in eligendo disputatorio chemate, vel singularitatis, vel novitatis studio materiam sibi proponere raram, nec facile tractatam, experientia satis testis est: Ut hinc mirum non sit, quāplurimas inventri tractationes utilitate sua ita destitutas, ut vel nihil, vel parūm de illa, quam rubrum promittit materia nigrum expōnat. Ab his secessum facientes alii in excessu peccant, trita nimium ac vulgaria in cathedra tractantes. Neutrūm mihi universaliter unquam arrisit. Hinc animo hæsitans, de quanam potissimum materia Disputationem aliquam conscriberem, obiter in mentem venit, multa adhuc, præsertim ex criminibus extraordinariis superesse, quæ particularem aliquam enodationem optimo jure mereantur. Non equidem me fugit, sat magna Scriptorum rerum criminalium, & quidem felicium successu prodīsse volumina, in quibus plurima, ne dicam omnia, quæ de criminibus extant jura, nervose satis suere exposita. Interim tamen negari haud poterit, non deesse & adhuc alia, in quibus calamum

suum exercitare queat Juris Studiosus. Quapropter nec mihi ejus rei ulla defuit occasio. Ex omnibus autem quæ occurrere maxime placuit CRIMEN PARTUS ABACTI, de quo præsentes hasce theses, utpote nec proletarias nimis, nec nimium steriles, tibi B. L. exhibere constitui. Ut autem vel methodum non adeo exactam, vel quæ alias in earum perlectione censuræ digna deprehendes, pro humanitate ac benevolentia tua excusare velis, compensationis loco peto.

CAPUT I.

De Definitione Nominali & reali.

SUMMARIA.

Introitus §. I. Criminis vox sumitur vel late vel stricte. §. II. Stricte acceptum iterum est vel publicum, vel extraordinarium: & quid sit utrumque? §. III. Respondeatur ad Objectiones. §. IV. An & quousque licet Judici pœnam arbitrariam extendere? §. V. Vocabuli partus homonymia. §. VI. Partus semper de partu hominis dicitur. §. VII. Fatus quid propriè sit? §. VIII. Abigere quid sit? §. IX. Definitio Criminis partus abacti. §. X. Genus remotum est Crimen. §. XI. Próximum, extraordinarium. §. XII. Responso ad Objectiones. §. XIII. seqq.

§. I.

ETiamsi in jure nostro potiorem esse habendam rationem rerum, quam verborum, facile largiamur Celsi in L. 17 ff. de LL. nihilominus tamen nec horum cognitionem vel interpretationem plane rejiciendam esse ait Ulpianus L 1 ff. de R. C. ideo nostrum quoque erit, antequam de propositæ materiæ reali explicatione verba faciamus, quædam de vocabulorum significatione præmittere.

§. II.

DE CRIMINE PARTUS ABACTI.

inimicis. Ita Criminis vox sumitur vel late, pro quovis delicto, L. 13 ff. in fin. de V. S. vel stricte, ut delicto privato opponatur, L. 2. §. 8. C. de Vet. Jur. encl. L. 17. §. 18. ff. de adit. Edicto. & solet in hoc significatu iterum definiri: quod sit delictum, quod publicæ vindictæ gratia accusatur apud eum, qui potestatem gladii habet, ad animadvertisendum in facinorosos homines, vid. Ant. Matthæi de Criminibus in prolegom.

• §. III. Crimen stricte dictum cum Anton. Matthæi de Crimin. c. 4. Proleg. n. 7. dispescimus in publicum & extraordinarium. Illud quod & publici judicii exercitio dicitur, in L. 1. pr. ff. de Off. Ej. cui mand. est juris d. & publica lex, L. 2. ff. od L. Corn. de fœca, publica questio L. 2. §. 32 ff. de O. I. est, quod præter nomini certum, certam formam, certamque lege determinatam habet pœnam: ut crimen L. Juliae Majestatis, Adulterii, Homicidij, &c. Conf. Wissenb. ad rit. ff. de Extraord. Crim. Tb. 1. Extraordinarium est, quod extra ordinem accusatur, nullamque certam lege determinatam habet pœnam, sed quæ arbitrio judicis irrogatur. L. 1. ff. de Priv. del. L. 1. ff. de Injur. L. 13 ff. de Peccatis. Wissenbach. & Matthæi dd. II. b. Hæc extraordinaria crimina alii iterum subdividunt in mere extraordinaria, & ea quæ pro arbitrio actoris pro talibus habentur: quam tamen distinctionem, utpote nullius momenti & in jure minime fundatam, rejicimus cum Anton. Matthæi d. Ann. 12. §. IV. Quamvis autem superiori assertioni, qua diximus in extraordinariis criminibus pœnam jure determinatam non esse, videantur obstat L. 6. §. 1. & 2. ff. de Extraord. Crim. L. 1. pr. ff. de Abigo L. 13. §. 2. de stellion. L. 2. de Term. mot. in quibus pœna L. Cornelie, relegatio, damnatio in opus metallicum, pœna gladii, motio ab ordine, pœna verberum ap-

plicantur criminis auctoritate abigeatus, stellionatus, & termini mortis, quae omnia ad classem criminum extraordinarium spectant: tamen harum penarum mentio non captanda est, quasi per eam certa pena judicibus necessaria observanda prescribatur: sed vel narratio saltem historica recentetur, quomodo habeat criminis pro dictum instantiam varietatem, va-
tie penitentia fuerint, d. l. 6. ff. 2. & 2. de Extraord. Crim. d. l. 1. p. de abig. & dictis reliquis textibus, vel judici solum terminus presigitur, in quo ejus arbitrii in subsistere, nec ultra progredi debet: libertate tamen ipsi non adempta, intra hos terminos penam, circumstantiis eo ducentibus, mitiorum delinquentibus dictare. d. l. 3. ff. ad stellion. & arg. h. i. p. de Abig. Ut taceam quod in specie L. 6. fin. & 2. ff. de Extraord. Crim. concernit, eam non adeo commode hic asserti, cum crimen annonae publicum sit, ut. ff. ad L. Jul. de Annon. & saltem in eo a reliquis criminibus publicis aberret, quod cum iudicio publico de annonae concurrat accusatio extraordi-
naria & accusatio ex L. Cornelii de falsis, d. l. 6. juncta l. pen. f. 1. ff. ad L. Corn. de fals. nida sup. bel. manq. sedet
V. Unde patet etiam, quid sentiendum sit de communi & omnibus nota regula: quod pena arbitaria a iudice etiam ad mortem usque extendi possit: de qua sent. Perez de Lara Compendio Vitae humanae cap. 8. n. 47. & fin. scil. quod ea regulariter quidem hactenus procedat, ut iudex in criminibus exordinariis, habita proportione inter delictum & penam ex circumstantiis personarum, modi, loci, tem-
poris, &c. desumenda, & observato temperamento inter i-
nitatem & crudelitatem nimiam, penam iam mitigare, iam exasperare possit: in tantum, ut circumstantiis delictum graviter augentibus etiam ad mortis penam pervenire pos-
sit. L. g. ff. de Extraord. Crim. Enq. p. ult. qd. L. Jul. rep. &
Carpz.

& A

*Corpz. Pn. Cr. Qu. 62. n. 15. & Qu. 79. n. 16. q. Modo non ejus-
modi terminus, intra quem subsistere debet iudex ipsi sic
præfinitus. d. l. 3. ff. 2. stellion. At e contrario in criminibus
publicis ne iudex quidem penam præfinitam regulariter
mitigare potest, per L. g. C. ad L. Jul. de vi publica. Quan-
quam hodie omnia sive criminis arbitria esse, & extra or-
dinem puniri, judicemque adeo penam lege statutove de-
finitam augere, diminuere, vel in aliam commutare posse,
ex Carpz. nos. Et. ad Pond. de Extraord. Crim. f. 2.
quod tamen in universaliter procedat, disquirere hujus lo-
ci non est.*

*g. VI. Partus vox unde grammaticè descendat,
Grammaticis enodandum relinquimus. Nobis enim ad
scopum nostrum sufficit, si ejusmodi homonymiam paucis
derigerimus. Sunt autem vocabulum partus tripliciter.
(1) Pro ipso actu parturienti, L. o. f. 10. in fine ff. de Ventr.
inspic. D. i. ff. de Stor. Hom. (2) Pro ipsa prole jam edita, in
quo significatu occurrit in L. i. f. 15. de Ventr. inspic. L. i. f. 15.
ff. de Ventr. in poss. mis. (3) Partus enim propriè dici non po-
tent, nisi precedente agtu parturientis, cum parere sit pro-
lem seu stetim edere. Tabor. Racemat. Crim. ad L. 6. ff. de
Fari. in verb. Ito porrum quoque Sc. p. 24. Et in hac acce-
phione sumit pro prole a feminâ secundum humanam
formam procreata. arg. L. i. ff. de Stor. Hom. Nos illam
communiter appellamus, infantem, recens natum. Quid
autem propriè sit infans, & quomodo iterum distinguitur?
Hic loci exponere non vacat. Videatur tamen Hillig. Do-
mell. Encl. L. p. 6. 9. in D. in nos. (3) Pro substantia homi-
nis adhuc in utero materno existentis, L. i. f. 12. ff. de Ventr.
inspic. sive ea formam corporis humani jamjam reperit, si-
ve nondum reperit, soleque quamplurimum per vocabu-
lum*

lumi Embryonis apud nos designari: Et in hac significacione quatuor legissime in jure nostro occurrit, ac a nobis quoque in praesenti dissertatione potissimum considerabitur, quamvis acceptio secunda etiam a nostro instituto non plane sit aliena.

§. VII. Nec illud omitendum, partus vocem in jure nostro semper pro partu humano usurpari, reliorum vero animalium proles fructuum nomine venire. *L. 58 f. 4. ff. ad SCi. Trebell. L. 12. pr. ff. quod met. causa. L. 48. f. 5. ff. de furt.* Nec obstat *L. 17. f. 1. de R. V. verbis:* Ideo & partum venire in restitutionem, & partum fructus. Etsi enim vox partus ibidem indefinite posita videatur quoad assertionis veritatem sub se comprehendere bestiarum quoque fetus: tamen non solum secundum tritam Philosophorum regulam, praedicatum hoc juxta naturam subjecti sui explicandum erit, sed & ipsum SCutum hominis partum in mente habuisse ostendunt & antecedentia & subsequentia d. *L. 17. verba.*

§. VIII. Unde simul & illud notandum, quod Philosophis quidem fetus vocabulum generice usurpetur, ut & animalium irrationalium & hominis progeniem sub se comprehendat: ex usu vero ICAONUM Romanorum ad solam speciem bestiarum restringi. *L. 48. f. 5. ff. de furt. org. dif. text.* Quare & nos, quoties in hac materia fetus mentionem faciemus, toties in antecessum praepotamus, ad communem Philosophorum stylum tum non respicere.

§. IX. Abigere proprie denotat rem, quæ ad nos accessit, vel coram nobis est, expellere. A quo differt arreare, utpote per quod prohibemus, ne res aliqua ad nos accedit. In stricto significatu vero & ex usu potissimum juris Romani Abigere denotat Crimen. Abigeatus committere,

h.e.

h.e. pecora ex pascuis & ex armentis vel stabulis subtrahere & abducere *L. 1. f. 1. ff. de Abig.* Nobis vero significatus laxior magis erit præ oculis, quem, quantum quidem ad materiam nostram attinet, ab acceptione stricta elegantius ex genio germanici idiomatici discernere poteris. Ut enim dicere solemus das Vieh wegreiben, ita commissionem delicti nostri exprimimus per vocem: Abtreiben, die Frucht abtreiben.

§. X. His premissis definiatur Crimen partus abacti, quod sit Crimen extraordinarium, ab homine doli capace commissum, quo quis factum humanum in utero matris latenteem, aut vi extrinseca, aut aliquo pellente intrinseco dolo malo & culpa expellit, vel mali cunctius evitandi, vel lucri coependi gratia.

§. XI. Genus in hac definitione est vel remotum, nostrum Crimen: vel proximum, scilicet extraordinarium. Qued crimen sit abactio partus forte non erit dubium, modo illud notetur, etsi communiter ad essentiam criminis requiratur dolus, arg. *L. pan. ff. ad L. Jul. de Adulto.* Nos tamen voce criminis in laxiori significatu utimur, quatenus nimicum abstrahit a vero & quasi crimen, hoc est, quatenus in eo non solum dolus, qui substantiam dat vero criminis sed & culpa, quæ alias quali delicto propria est, coerceri solet. *L. 38. f. 5. ff. de panis, conf. L. 3. f. 1. ff. de Offic. præf. vigil.* Quæ acceptio etiam in aliis criminibus non est infrequens, ut in homicidio, in quo, uti quidem notum est, non saltē dolus coercetur, sed & culpa. Nam quamvis in *L. 7. ff. ad L. Corn. de Siccar.* satis aperte Paulus asserat hominis occisionem per culpam commissam non spectare ad *L. Corneliam eiusque penam*, seruo tamen ibi saltē est de pena ordinaria, cum extraordinariæ in materia culpe dilucida fiat mentio in *L. 1. f. 3. cod.*

§. XII. Major controversia est de eo, an crimen abacti pertus ad extraordinaria spectet crimina, utrum ad publica? Nos salvo aliorum iudicio non dubitamus asserere, si Juris Civilis Romani (cujus petissimum propria est distinctione criminum in ordinaria & extraordinaria) hypothesam consideremus, crimen nostrum esse extraordinarium: non solum quod Tribonianus in *L. 4. f. b. 2.* sedem ei inter extraordinaria crimina assignaverit, sed & quod tam Marcianus in *d. l. 4.* expresse afferat, eam quae data opera abegit, ex rescripto Divi Severi & Antonini, a praefide in temporale exilium datam fuisse, quam Tryphoninus hanc Marcianni sententiam fatis dilucide in *L. 39. ff. de pæn. confirmet.*

§. XIII. Nec obstat communiter huic thesi objici solita *L. 8. ff. ad L. Corn. de Sicca*, ubi Ulpianus mulierem, quæ visceribus suis vitiis intulerit, ut partum abigeret, in exilium a praefide provinciae exigendam esse pronunciat: ex qua Doctores concludunt, Ulpianum partus abacti crimen ad publica referre, atque statuere, exilio perpetuo puniendam fuisse istam mulierem, quæ pena perpetui exilii ad *L. Corn. de Sicariis* spectet *Vid. Ant. Matthæi de Crimin. L. 47. tit. 5. c. 7. n. 2.* pro cuius opiniosis confirmatione posses & illud adducere, Tribonianum expositioni huic de mente Ulpiane maxime favere, utpote qui dictam Legem 8. sub tit. de *L. Corn. de Sicar.* collocavit.

§. XIV. Ut itaque hanc objectionem Ant. Matthæi tollat, unicum refugium queritat in *L. 38. f. 3 ff. de pæn.* distinctionem istam alias vulgarem, inter partum inanimatum, & animatum exinde elicendo, quam distinctionem ad leges nostras ita applicat, quasi Marcienus in *d. l. 4 ff. de Extraord. Crimin.* loquatur de partu ricidivæ animato. Ulpianus autem in *d. l. 8. ad L. Corn. de Sic.* partum animatum in mente habue-

habuerit. Sed quemadmodum præfata distinctio in *d. l. 38. f. 3 ff. de pæn.* non fundatur, ut latius infra c. ult. declarabimus: & praeterea aliorum opinio, inter mulierem accepta pecunia partum medicamentis abigentem, & ex odio mariti post divortium id dilectum committentem distinguendum a *Matth. d. l. recte* rejicitur: ita facile ad legem objectam responderi posse arbitror, si dicamus Ulpianum, ejusque allata verba a Marciano & Tryphonino nequaquam disidere, sed amicissime cum iisdem respondere, nullum enim vestigium in *d. l. 8.* est exili perpetui, sed potius quod Marcianus attruit, praesidem provinciae in temporale exilium, matrem abacti partus ream dare debere; idem & ab Ulpiano afferitur, praesidem provinciae ejusmodi matrem in exilium, i. e. temporala debere exigere. Cum enim exilium temporale seque ac perpetuum sub nomine exilii comprehendatur, nulla nos cogit ratio, exilium ab Ulpiano simpliciter positum de perpetuo intelligere, nisi antinomias praeter necessitatem formare velimus.

§. XV. Neque enim Tribonianus autoritas apud nos tanta est, ut ejus dispositio, excerptorum ex JCtorum libris collectorum, (quam scipio ab ipsorum intentione aberrasse haud difficulter demonstrari posset, si tempus sufficeret) tanquam regula a nobis, in interpretatione legum civilium cæca sequela sit observanda. Neque pro confirmanda Matthæi sententia *d. l. 3. f. 5. ad L. Corn. de Sic.* quicquam facit, sed potius exinde magis pro nobis conjectura deduci potest, Ulpianum de exilio perpetuo in *d. l. 8.* non fuisse locutum, docet quippe *d. l. 3.* exilium perpetuum, seu deportationem in insulam, quantum ad penam L. Cornelie saltem in honestioribus & altioribus observari, in reliquis penam capitalem. Ergo si Ulplani mens fuisset, deportationem mulieri

mulieri partum abgenti tanquam ex *L. Corn.* dictare, necesse habuisse JCtus accuratus circumstantiam istam, quod mulier criminis præfati rea altioris & honestioris conditionis fuerit, ne quaquam omittere.

§. XVI. Hæc de genere distinctionis sufficient. Differentia a quatuor causis est desumpta, quas seorsim considerabimus *cop. seqq.*

C A P U T II.

De Quatuor Caussis.

S U M M A R I A.

Causa efficiens remota legum prohibitio. §. I. *Causa propinquæ homo.*
 §. II. 1) *An excipiatur Infantes?* §. III. 2) *An Infantia proximi?*
 §. IV. *Respondetur Objectionibut.* §. V. VI. VII. VIII. IX. 3) *An furiosi?* §. X. *Potius præsumitur delinquens fuisse sane mensis, quam furiosus.* §. XI. *Quatenus homo in hoc delicto sit causa principalis, quatenus instrumentalis?* §. XII. *Objectum est fetus humanus.* §. XIII. *Num distinctione inter partum animatum & inanimatum Jure Civili sit fundata?* §. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. *Ubi Ethnicorum de origine anima sententia recensentur.* *Opiniones Christianorum de origine anima humana.* §. XIX. XX. XXI. XXII. *Jus Canonicum cuius opinioni siveat, & quanam ejus de partu animato & inanimato sit sententia?* §. XXIII. XXIV. XXV. *Quid Jure divino ea de re obiineat?* §. XXVI. XXVII. *Quanam de partu animato & inanimato sententia Jure Carolino & Saxonico obiineat?* §. XXVIII. *Quoniam potissimum tempore fatus in utero vivere incipiat?* §. XXIX. *Forma delicti nostri.* §. XXX. XXXI. *An liceat procurare abortum, ut salvetur mater?* §. XXXII. *Quoniam modis fiat delictum nostrum?* §. XXXIII. *Finis in quo confusat?* §. XXXIV.

§. I.

§. I.

*Causa efficiens remota, ut omnium delictorum, ita & hujus est legum prohibitio. Siquidem non tantum ex dicto Apostoli, *Job. III. v. 4.* notum est, peccatum esse omne illud, quicquid contra legem est, sed & inter prædicta Legum Civilium, quæ *L. 1. & 2. f. de LL. L. 52. f. 2. ff. de Q. & A.* recensentur, non infimo loco ponendum illud, quod sint prohibitio & coercitio delictorum vel sponte, vel ex ignorantia contractorum, unde non ineleganter D. Marcus rescripsit, eum heredem, qui prohibet funerari, ab eo quem testator elegit non recte facere, pcam tamen in eum statutam non esse. *L. 14. f. 14. ff. de Relig. & sumpt. fun.* quoniam videlicet factum istud specialiter a lege non erat prohibitum.*

§. II. Propinquam causam in definitione expressimus, quod sit homo doli capax. Dum hominem dico, excludo bruta. Qui enim delictum in bruta caderet, cum usu rationis omni, sine quo delictum concipi nequit, destituantur, adeoque nec juris, nec injuria, tam inferendo quam patiendo eandem sint capacia. Nec est, ut nos detineamus in refutandis iis objectionibus, ex dictis scripturæ sacræ, *Genef. IX. v. 5. Exod. XXI. v. 28. & 29. Levit. XX. v. 15. & 16.* communiter desunt solitis. Ut enim ad eadem commodiissime respondet, secundum dictum Augustini *can. Muller. c. 15. qu. 1.* ita & alia sunt, quæ non tantum ad hæc dicta, sed & ad mores variarum gentium pecora subinde ob delicta punientium, quos recenset prolixius *Ant. Matthæi de Crimin. in proleg. c. 2. n. 1.* reponi possunt, quæ vide apud *Matthæi d. 1.*

§. III. Cum porro dico: *Delicti capax:* tacite subinnuo, me illos factem homines intelligere qui usu rationis gaudent,

gaudent; ita ut actiones, qua honestæ, qua turpes iis tam quoad præmium, quam pœnam imputari queant. Unde excluduntur (1) Infantes, h.e. qui septenno sunt minores. *I. 18. C. de Jure delib. l. 14. ff. de Spons. l. 1. f. 2. ff. de admin. tut.* Hi enim crimen non contrahunt, cum consilii eos tueatur innocentia, *I. 12. ff. ad L. Corri. de Sicar.* hoc est, cum ejus consilii non sint, ut nocivum aliquod ipsis imputari possit, uide & in pagulis nulla culpa deprehendi dicitur in *I. 55. ff. de fideicommiss. libert. l. 5. f. 2 ff. ad L. Aquil.*

§. IV. Sed an (2) & infantæ proximi excludendi erant? Vocamus autem infantæ proximos communem Doctorum opinionem secuti, qui in prima meditata intra annum septimum, quo terminatur infantia, & 14 quo pubertas incipit constituti sunt, sive qui nondum impleverunt annum decimum cum dimidio. Neque tamen distinguimus hac parte inter masculos & feminas, cum enim materia delictorum impubertas maris & iuveniæ sequali termino impleatur, æquum est, ut idem sentiamus de termino proximitatis infantæ.

§. V. Jam non ignoramus equidem, quod Doctores fere unanimiter statuant, proximos infantæ infantibus esse sequiparandos, & non minus illos quam hos doli plane esse incapaces, idque *arg. f. 9. f. de inut. stip. b. L. 1. f. 15. ff. depos. I. 4. f. 26. ff. de dolis malis & metus except. l. 3. ff. de R. I.* videntur tamen ad hos textus non deesse responsones. Ut enim tecumus *f. 9. f. de inut. stip.* magis facere pro sententia adversa, cum ibi infantæ proximi in materia contractuata, in quibus sane major prudensia requiritur, quam in delictorum, quæ contra jus Naturæ sunt evitacione, expresse cum pubertati proximis in una collocentur classe. Per *d. I. & d. I. 4.* nihil aliud probatur, quam dari impuberis qui doli

doli capaces sunt, & qui non sunt capaces: poteruntque adeo posteriores æque bene de infantibus explicari, quam secundum vulgarem expositionem de infantæ proximis.

§. VI. Nec juvat dissentientes quicquam, quod asserunt, infantes plerumque impuberibus contradistinguuntur. Neque adeo in *dd. II. sub voce impuberum* suis comprehensos. Possimus enim forte tot leges adducere, quibus comprehendentur, quam quibus ab impuberibus separantur. Ergo cum non negari possit, sub termino impuberis geterice accepto infantes latere, & vera in *d. I. 1. & d. I. 4.* nullum inter infantes & impuberis discrimen fiat, instantia ista sua sponte corruit.

§. VII. Majus dubium Cæsus movet *d. I. m. de R. I.* pupillum qui pubertati proximus sit, capacem esse & furandi & injuriæ facienda pronuncians; unde non improbabilius quis concludere posset, de infantæ proximis diversum quid, & nimis espaciatatem doli ab illis plane esse alienam statuendum fore. Verum ut alii in argumentis a contrario sensu calce procedendum est, ita & hic non omnino procedit, poterit enim Caij assertio defendi, etiamsi statuamus infantæ proximos partim doli capaces esse, partim pro diversitate subjectorum incapaces.

§. VIII. Quod ut clarius evadat, a mente Jurisprudentiae Romanæ forte non abhorrebit, si dicamus in infantes dolum plane non cadere, per saepius dicta: Pubertati proximos doli vere capaces esse. *d. I. m. de R. f. in pr.* De infantæ proximis autem, utpote in medio constitutis, medium quoque sententiam amplectendam esse videri. Ita ut & inter eos æque deprehendere liceat, qui doli capaces sint, quam qui ejusmodi sint incapaces. Neque hæc medietas forte nobis visio duci poterit, cum non pauci inter Doctores

Juris Canonici absque hujns distinctionis medio infantiae proximos p̄tēs Ecclesiasticis, ut excommunicatione, regularitate regulariter subjiciunt. *Vid. Paul. Laymann. Theol. Moral. L. 1. tract. 4. cap. 10. n. 4. seqq.*

§. IX. Et quid verbis opus est, non desunt sane exempla in ejusmodi ætate infantiam parum excedente constitutorum, doli non contemnenda specimina exhibentium. *Vid. Zach. Quæst. Medico Legales L. 1. tit. 1. qu. 4. n. 28. Pyrrb. Corrad. Prox. Dispens. Apost. Lib. 4. cap. 9. n. 10.* Erit itaque cauti & eruditii judicis officium, in casibus ejusmodi ex moribus & reliqua vita, ex ratiocinatione, ex aliis improbe dæcis aut factis coniecturas defumere, utrum puer intra proximitatem infantiae constitutus pro doli capace haberit debet, nec ne: quæ uti regulariter regulis generalibus comode includi nequeunt, sed magis calliditati & prudentiae judicis videntur relinquendæ, ita illud tamen haud dubie asserere poterimus, non uno argumento probabili hic esse standum, sed plura iudicia requiri, evidentia, concludentia, interque se cohærentia, ne videlicet puerorum conditio nem p̄t̄ majoribus deteriorem faciamus. *L. ult. C. de Prob.* Unde non immerito ineptam judicamus explorationem eorum judicum, quicunque fuerint, qui in eliciendo dolo pueri, altera manu pomum, altera numnum aureum obtulere; ut & eorum, quorum *Ælianuſ Lib. 5. bifor. c. 16.* meminit: de quibus vide plura ap. *Mariibæi d. l. in proleg. c. 2. n. 2.* Ex his ergo sponte fluit, pubertati proximos ut & illos, qui in minori ætate constituti sunt a dolo non excusari. *d. l. m. de R. f. L. 9. f. 2. ff. de Minor.*

§. X. (3) Excipiuntur furiosi & mente capti, utpote quos fati infelicitas a dolo excusat, quique furore ipso sati punitur. *L. 12. ff. ad L. Corp. de Sic. L. 14. de Offic. præf.*

L. 9

L. 9. ff. ad L. Pomp. de Parric. L. 7. f. pen. ad L. Jul. Maj. Et c. Quod si autem furor intervalla habeat, & tempore intervalli delictum committatur, nequaquam a dolo immunis erit furiosus. *d. l. 14. de Offic. Præfid.* Quod si vero dubium sit, delictum utrum in furore an extra eundem commissum fuerit, non dubitamus statuere, semper præsumi ab homine sane mentis illud fuisse commissum, nisi furorem pro se allegans eundem probet, cum semper præsumatur quis talis, qualis natura esse debet, h. e. compos mentis.

§. XI. Quamvis enim *Gomell. 3. Var. Refol. 1. n. 71. Menoch. 6. præsumpt. 25.* & hos sequutus Matthei, illam limitationem adducant, quod si quandoque furiosus aliquis fuerit, aut per intervalla fuerat, in furore potius admissum crimen existimandum esse: vix tamen videntur eorum rationes, quas pro defendenda hac limitatione adducunt, id quod nominati autores desiderant, inferre. Concesso enim furorem ex medicorum sententia & experientia quotidiana esse morbum durabilem, adeoque eum qui ante furiosus fuit, præsumi tempore admissi delicti quoque furiosum fuisse: procedet tamen haud dubie hæc medicorum assertio, de furore intervalla habente nulla, aut de ejus intervallis plane nondum constat, quo quidem casu limitationem istam admitterem. Sed ab ejusmodi furore ad eum, de quo constat intervalla aliquando adfuisse, non valebit consequentia. Præterea etiam si facile demus, in dubio satius esse nocentem absolvere, quam innocentem condemnare. *L. 5. ff. de pœnis,* nobis tamen non de præsumptione ad condemnationem sufficiente sermo est, sed ad torturam. Adeoque poterit condemnationem evitare is, qui furorem prætentit, per probationem contrariorum, vel certe si probationibus aliis destituatur per questionem.

C

§. XII.

§. XII. Poterit autem homo doli capax (sive mater sive pater, sive medicus, sive obstetrix, sive alius quilibet extraneus,) vel esse causa principalis criminis nostri, vel instrumentalis. Principalis, si ipsi sciens & volens ejusmodi actiones committat, vel committere jubeat, per quas homo ex utero matris excludatur. Instrumentalis si sponte ac dolose medicamenta v. g. præparet ac vendat ad abortum procurandum facientia, si poculum abortionis a tertio matre huic rei ignaræ applicandum, vel matre ipsi ad hunc finem id desideranti porrigat &c. Loquor autem utrobius de causa morali, h. e. cui effectus moraliter imputatur ad præmium vel penam. De causis Physicis enim ut in dissertationibus juridicis sumus solliciti parum videtur ad scopum facere, unde & studio in exponienda causa efficien- te delicti hujus omisimus medicamenta, vulnera, cædes, verbera abortum proeurantia, item pocula in quibus potio ad abigendum partum præparata continetur, quorum illa per nos poterunt ad causam instrumentalem, hæc ad partus ab- acti instrumenta referri. Sufficit enim nobis his rebus inanimatoris nihil inhærere; quod moralitatem aliquam sapiat.

§. XIII. Objectum Criminis nostri est fœtus huma- nus in utero matris latens, de quo, quantum ad nostrum in- stitutum, uti quidem puto, non erit ut aliud quid disquiramus, quam utrum fœtus iste pro homine, h. e. corpore ani- ma rationali prædicto sit habendus? Ardua profecto quæ- stio, cum hic Icti in diversas abeant partes, singulique ra- tionibus non contemnendis sint subvixi. Nos hic loci di- stinctim considerabimus, quænam sit juris Civilis Romani hac de re sententia? tum quid hic statuat Jus Canonicum? denique, quænam opinio moribus hodiernis ac nostris sit conueniens? Deprehendemus autem tres in universum sen- tentia-

tentiarum classes: quarum una partum in utero matris nunquam vivere: Altera eum a Primo conceptionis momento anima esse præditum: Tertia partim anima carentem, par- tim vitalem fœtum in utero matris existentem defendit. Quæ singulæ opiniones a præjudiciali quæstione, de ortu animæ humanæ dependent.

§. XIV. Quantum itaque Jus Civile attinet, cujus nobilissima pars ex scriptis Ictorum Ethnicorum, eorumque maximam partem Stoicorum est collecta, ea de animæ hu- manæ origine Stoicorum fuit sententia, quod illa ex spiri- tuali aliqua sententia emanaret, corporique humano demum post nativitatem adveniret. Vid. ea de re *Clariss. nunc au- tem Beate defundi Jac. Thomæ Disp. de Origine anima ra- tionalis*, sect. 3. f. 7. & 9. *Lips. Physiol. stoic. p. 120. & 136.* Hinc non dubitamus intrepide assertere de Jure Civili distinc- tiō nem inter partum animatum & inanimatum haud esse fun- datam, præmissis cum videamus, quamvis paucis, nobis præivisisse *Louterbach. Disp. de Privat. Delict. Th. 52.*

§. XV. Perspicua est Papiniani assertio *L. 9. f. 1. ad L. Falcid.* partus nondum editus homo non recte fuisse dicitur, quem in sensum etiam haud dubie Ulpianus præceptorem suum secutus *L. 1. f. 1. de Ventr. Inspic.* partum antequam edatur mulieris vel viscerum portionem dicit, eumque liberis editis contradistinxit. *Marcellus L. 2. ff. de mort. infer.* par- tum spem animonis saltem absque distinctione temporis ap- pellat, quæ Ictorum veterum opinio & in Leges Codicis a Justiniano translata est. vid. *L. 12. C. de fideicom. libert.*

§. XVI. Dissentiantur *B. Corpz. pr. Crim. Qu. XI. n. 3. Habs. ad Wesenb. tit. de Extraord. Crim.* adducentes in con- trarium, quod distinctio inter partum animatum & inanimatum Jure Civili quoque fundata sit *L. 4. ff. de Extraord. Crim.*

L. 8. ff. ad L. Corn. de Sicar. L. 39. ff. de pœniſ, quibus tamen ex præmissis theſi præced. dilucide responderi poterit. Et enim Marciānus dum in d. l. 4. de Extraord. Crim. affermat mulierem quæ data opera abegit, maritum liberis frātūdāſe, non id innuit, quod partus jam fuerit vitalis, sed quod ſpēs animantis ſubfuerit. arg. d. l. 2. de mort. infer. d. l. 14. C. de fideic. libert. Nam ſi v. gr. quis chirographum tibi intercipiat, ſive in eo conſignatum fuerit debitum purum, ſive conditionale, de utroque tamen commode dicere poteris, eum debito te fraudasse, quamvis ex conditionali promiſſo tantum ſpēs ſit debitum iri, f. 4. f. de V. O. porro *L. 8. ad L. Corn. de Sic.* nihil aliud dicit, quam quod mulier partum abigens viſceribus ſuis vim intulerit, qui textus cum Ulpiani ſit, eodem modo quoque hic erit intelligendus de phraſi, *Partum eſſe viſcera matris*, uti eam in *L. 1. f. 1. ff. de venit. inſpic.* modo explicavimus. Eadem reſponſione opus erit, ad *L. 39. ff. de pœn.* nam & ibi ſaitem mentio ſit, quod mulier viſceribus ſuis vim intulerit. Quod ſi vero Carpozov. & Hahn. ad pœnam capitalem Milesiæ ſceninæ dictatam reſper-herant, reſponſionem capere poterunt ex iis, quæ *Ant. Matthei* afferat *L. 47. tit. 5. n. 2.* & quæ acutissimus Gallor. JCtus Petrus Herodius diſerit *L. 8. Rerum Judic. tit. 5. de Veneficiis c. ult.*

§. XVII. Cujus verba integra non pigebit recenſe-re. Præterquam enim, quod ſententiā noſtrā ulterius illuſtrant, continent etiam non pauca in ſequentiibus nobis profutura. Ita enim inquit: *Quæ data opera partum ſibi abegiffet, ſeu vi, ſeu poculo abortionis: non proprie videtur teneri homicidii (quoniam Anaxagoras, in apologia pro Christianis aliter ſenſerit.)* Nom ſi infans vix dum homo eſt: ideoque lugeri hunc verobant leges: qui nondum notus eſt, mo- qui

qui etiam vix eſt: quomodo ita homo appellabitur, ut qui eum excuſſerit, poſſit eſſe homicida? Quem pater potuit jubere ne-natus educaresur: homicidium ſit prohibere noſci? Itaque reſcriptio Severi & Antonini, temporale exilium imponebatur, non pœna de ſiccariis; ſeveriusque puniebantur, qui dediſſent, quam quæ accepiffent medicamentum abortionis. Sed & cum verus definitio eſſet Eccleſia, ut uſque ad ultimum vitæ ſpiri-tum communione priuarentur, quæ portum ſibi abegiffent: Concilio Ancyrano pœna in decennium retroacta eſt. Cur igi-tur illa Milesia, de qua Cicero in Cluentiana, rei capitalis da-mnata eſt? Quia pecunia accepta ab heredibus ſecundis, ſibi ipſa partum abegerat: non dolore, non impudicitia aliqua (quoniam eo caſu geminum eſt ſcelus inquit Synodus Mogun-rina) ſed avaritia ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidi-um generis, heredem familiæ, deſignatumque Reipubl. civem ſuſtulifſet. Poſſe biſ pignoribus pecuniam anteferrri? licitari naturalio jura? Liberos ad maritum, non ad uxorem perti-nere, itaque necareſur, tollereturve partus, nunquam in ma-tris arbitrio fuſſet. At neque bodie in patris eſt. Huber enim in Concilio Tolerano III. ſevere in patres animadverti, qui avidi fornicationis, neſcī pieſatis, liberos, ne numero ſiores babeam, occidunt. Et quod ad abortionem attinet, placuit quoque in VI Synodo Constantinopolitana, vere & bie homicidium eſſe. Quid enim intereffe, quiſ hominem perfectum acci-derit, an ipſis primordiis, dum ſingitur, dum animatur, & inter ipſas orrificis naturæ manus occiderit? Homo eſt (inquit Ter-tullianus) & qui eſt futurus: & fructus hominis iam in ſe-mine eſt. Imo aliquid plus eſt, naſciturum, quam natum diſſoluſſe homicidii enim festinatio eſt, prohibere noſci. Quamobrem ſi lege Moſaica, qui partum non deformatum mulieri excuſſerit, extremo ſupplicio puniatur: quid mater ipſa

ipsa quæ, Lamia crudelior, in propria viscera manus intrulisset?

§. XVIII. Video equidem ab Anton. Matth. d. l. n. 3. adversus nos produci regulam vulgatam: partum conceptum pro jam nato haberi, quoties de ipsius commodo agatur. Sed ut taceant, quod ipse Matthei fateri cogitur, in præsenti quæstione neque proprio de commodo ejus agi neque de incommodo; quis non videt hanc regulam in cœnibus saltem procedere, & ad fictiones Juris esse referendam, quæ in criminalibus, vel certe in nostro casu non obtinet. Durum enim esset in odium delinquentis hominem singere, ubi homo non sit. Quin imo et si hanc regulam ad casum nostrum applicare velles, non posses tamen, nisi presupponas nobiscum, partum revera ex mente Juris Romani hominem non esse, nam si homo esset, quid tum fictio foret opus.

§. XIX. Venio ad opiniones Christianorum de ortu animæ, quorum et si plures recenseat B. Thomas. d. l. se^t. 3. per integr. Duæ tamen fere sunt, quæ tanquam communiores præ reliquis assensum meruere, & adhuc hodie in Academiis obtinent. Quarum una animam a Deo post conceptionem fetui humano, infundi, altera eandem in ipsa conceptione cum semine parentum in uterum maternum transferri, defendunt. Prout itaque JCTi, vel quicunque partus abacti mentionem faciunt e Christianis uni ex his se^tis fuere addicti, de quæstione etiam nostra diversimode statuerunt. Traduciani, (liceat enim hoc, ut & Infusianorum termino, absque contumelia, brevitatis studio uti cum B. Thomas. c. 44. Phys. Qu. 7.) cum assererent animam humanam in ipsa conceptione ex anima parentum propagari, non poterant non simul defendere, partum humanum perpetuo

petuo esse vitalem, cumque qui partum abigeret ut homicidum considerare.

§. XX. Adducamus exempli loco Tertullianum, qui in Apologet. c. 9. Nobis, inquit, homicidio semper interdicto, etiam conceptum utero, dum abduc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an noscentem disturbet. Homo est, & qui est futurus &c. fuisse enim Tertullianum Traducianorum haeresi addictum, docet all. Ds. Thomas. de Orig. anima d. se^t. 3. f. 37.

§. XXI. Ex JCTis nostri seculi celeribus unum instar omnium sufficiat allegasse Magnif. Dn. Zieglerum, qui in Not. ad Lancellotti Institut. Jur. Canon. Lib. 4. cit. 10. f. 7. verb. Ut homicida puniendus erit, sequentem in modum differit: Ut maxime penarum gradus statui & decernit, quantum, ita ut gravius puniarur ille, qui nuidov, quam qui εμβρυον, & gravius, qui εμβρυον quam qui νινης aut γονης abigit, in omnibus tamen bis vitam illico post conceptionem adesse, dubitate nos hodie non finunt Physici & Medici, qui docent, semen, quoad in utero bene dispositio mistum & suscitatum est, illico post conceptionem, onimatum & vitale esse.

§. XXII. Infusiani contra, qui propugnabant animam hominis a Deo immediate ex nihilo creari, & post conceptionem utero materno infundi, necesse habebant distinctionem intet partum animatum & inanimatum admittere. Nobis uti jam non est otium intricatam hanc & ingentibus dubiis implicatam controversiam, solide excutere, ita non displicet succinctum judicium hac de re Georgii Christoph. Woltberi Postilla Jurid. de Feste Trinitat. p. 17. In Theologæ sententiam de Troduse tuo retineri & propagari posse: in jure vero ubi quæstio homicidii, de abortu incidit obseram.

seram opinionem de creatione animæ prævalere & facilius obtinere. Cujus effati non equidem ea est sententia, quasi statuerit duas esse contradictorias veritates, vel putaverit assumta creationis hypothes utcunque falsa, facilitati discendi methodum in jure, textusque juris aut controversias quasdam commodius decidi posse. conf. *B. Thomas. d. l. scil. I. f. 21.* sed quod arbitratus fuerit opinionem Infusianorum hodie in universis fere judiciis germanorum legibus publicis & observantia esse receptam.

§. XXIII. Pergamus itaque ad Jus Canonicum, quod quidem maximam partem sententiae infusianorum faciet. Dico: *maximam partem:* et si eam indistincte a Doctoribus divisionem partus in animatum & inanimatum defendantibus ad Canonicum Jus provocetur, quasi scil. Jus Canon. semper sententiae Infusianorum adhaereat, licet pars non nobis, pace aliorum, utramque opinionem Canonibus & Decretalibus Epistolis fuisse insertam, ostendere.

§. XXIV. Clare satis distinctionis istius mentio fit. *can. 10. c. 32. qu. 2.* tunc *can. 7. 8.* & *9. ibid.* Quorum ille ex Hieronymi libris, hi ex Augustini scriptis a Gratiano excerpti sunt, quorum uterque Infusianorum sectæ adhaesit. vid. *Beat. Thomas. d. scil. 3. f. 30.* & *34.* Eorumque opinionem expressis verbis secutus est Innocent. III. Pontifex *c. 20. X. de Homicid.* sed valde vereor eandem distinctionem applicari posse ad *can. 20. c. 2. qu. 5.* ubi haec verba Stephani V. inter alia deprehenduntur: *quia si ille qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida est, quanto magis, qui unius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibet.* Cum satis perspicue iſ homicidii reus dicatur, qui statim post conceptionem partum abigit, quem adeo ex mente Stephani etiam statim post conceptionem partum abigit,

abigit, quem adeo ex mente Stephani etiam statim post conceptionem vitalem fuisse, vero consentaneum est. Non dissimilis plane est sententia Concilii Guarmaciensis c. 5. *X. de Homicid.* relata, quæ eum qui aliquid fecerit, ut non possit nasci soboles, ut homicidiam teneri vult, absque distinctione temporis.

§. XXV. Eoque magis in assertione mea confirmor, quod in *Synodo VI. in Trullo habita can. 91.* legatur: *eas quæ dant medicamenta partum abigentia, & quæ fetus necantia venena accipiunt, homicidii pena subjiciuntur.* In quibus equidem abactio partus, & necatio fetus quasi separata recententur, non tamen ac si Synodus partus abactionem de factu inanimato voluisse intelligere, alias enim durum nimis fuisse, eadem pena homicidam & non homicidam affici, sed ut modo abigendi diverso, quorum unus per medicamentum, alter per venenum exercetur, elegantiae gratia diversa phrasis, eandem tamen rem significans applicatur. Adde omnino, quæ supra §. 16. ex VI. *Synodo Constantinopolitana* Aegrodius recensuit.

§. XXVI. Antequam a Jure Canonicō abeamus, illud a nostro instituto non fore alienum, disquirere de Jure Divino, præprimis cum non solum Augustinus *d. c. Moyse* g. c. 32. qu. 2. proponendo distinctionem inter partum formatum & informatum, ad illud provocet, sed & *Corpor. d. Qu.* XI. n. 3. ac *Habn. ad Wesenb. de Extraord. Crim.* idem faciant. E contrario *Dn. Lauterbach. Dissert. de Privil. Delict. Th. 52.* illam opinionem foveat: quasi textum non satis evolverint, qui saepius nominatam distinctionem statuminare velint. Momentum ontine consistit in expositione *vers. 22.* & *23.* *Exod. 21.* quos versiones vulgata, Chaldaea, aliæque Judæorum ipsorum in hunc sensum exposuerunt: *Si rixati fuerint*

Viri viri & percusserit quis mulierem prægantem, & abortivum quid fecerit, sed ipsa (mulier) vixerit, subjacebit damno, quantum maritus mulieris expertierit, & arbitrii judicaverint. *Sin autem more ejus fuerit subsecuta, reddet animam pro anima.* Hi itaque presupponunt, quasi ibidem Deus non de morte abortus disposuerit, sed saltem de morte matris prægnantis consentit versio Lutheri: Wenn sich Männer haben, und verlegen ein schwanger Weib, dass ihr die Frucht abgehet, und ihr kein Schade widerfähret, so soll man ihn um Geld straffen, sc. kommt ihr aber ein Schade daraus, so soll er lassen Seele um Seele. In alia omnia abeunt LXX. Interpretes, dictam legem in hunc modum exponentes: εάν δὲ πάχωται δύο αὐτές, ηγεταῖσι γυναικαὶ ἐγενόμεναι, καὶ εἰδῆν τὸ παιδίον αὐτῶν μὴ εἶποντείνεται, εἰπήμενοι ζημιώδεσται εάν δε εἴποντείνεται, δώσει ψυχὴν αὐτὶ ψυχῆς, i.e. si rixati fuerint viri, & percusserint mulierem prægantem, exieritque fetus ejus, siquidem informis, multo multatetur percussor. Sin vero jam formatus, dabit animam pro anima. Quibus verbis propositam ab interpretibus juris distinctionem aperte confirmant, eamque opinionem secuti sunt Pagninus & Junius, item Wilb. Zepperus Expos. Leg. Mosaic. Lib. 4. c. 15. Ant. Matthæi de Crim. Lib. 47. tit. 5. c. 1. n. 2. p. 183. Selden. de J. N. & G. Lib. 4. c. 1. cumque illa fere convenit, quod ex More Nebochim excerpit Seldenus d.l. p. 477. *Parile jus est, si quis annis majorem, aut minorem re- cens natum occidat, sive masculum, sive feminam.* Credis neque hujusmodi nomine morte placentus est.

§. XXVII. Nobis, uti jam non vacat hanc controversiam distinctius perpendere, ita diffiteri non possumus, sententiam Augustini & LXX. Interpretum donec meliora edoceamus, magis probabilem nobis videri, idque vel ex hac ratione:

ratione: quod illud inconveniens ex priori explicatione profluere videatur, quasi is, qui abortum procuraverit, si modo marri nullum damnum inde fuerit datum, indistincte & nullo respectu habitu homicidii fetui illati pena pecuniaria multatus saltem fuerit, quod non facile presumendum est, nisi statuere velis cum Gentilibus supra §. 14. recensitis, scerum in utero matris nunquam anima rationali esse prædictum, quod tamen assicerere nolim. Illud insuper obiter noto: quaecumque explicationem artipere velis, grave argumentum exinde aduersus Traducianos desuimi posse, quod ipsis discutiendum relinquo.

§. XXVIII. A Jure Canonico transeo ad Jus Imperii, in quo distinctionem interpretum animatum & inanimatum receptam esse neminem dubitare sinuat verba ore. 133. Conf. Crim. Carol. V. ibi: So jemand einem Weibsbilde ein lebendig Kind abtreibt. It. So aber ein Kind, das noch nicht lebendig wäre, von einem Weibsbilde getrieben würde. Idem placuit Serenissimo Legislatori Saxon. Part. 4. Conf. q. vesti. Leib-Früchte, die vor im Mutterleibe lebendig gewesen. It. Da aber die Frucht nicht gelebt sc.

§. XXIX. Praesupposito itaque partum esse vel animatum vel inanimatum, non minori dissidio inter autores agitata fuit controversia, quo tempore fetus in utero vive re-incipiat? Alii enim indistincte scerum post 30. diem vitam nancisci statuunt, vide quæ supra ex More Nebochim recensiuimus §. 26. Alii sexum masculinum a feminino segregantes masculo modo 30. modo 40. diem, feminæ jam diem 40, jam 50, jam 90, tanquam terminum a quo animam ascripat, assignant. Vid. Corprov. d. Qu. XI. n. 6. Matthæi dicit 5. n. 2. p. 184. quem dislausum in Saxonie sapientissimus Elector d. C. 4. P. 4. sustulit, sanciendo scerum post dimi-

dium tempus uterum gerentium pro animato habendum esse, verb. Und solches noch unter der Helfste, nach der Empfängnis geschehen.

§. XXX. Forma delicti hujus consistit in expulsione partus ex utero materno, quæ expulsio variis modis continere potest: Vélo dolo, si quis data opera partum abigat, *l. 4. ff. d. Extraord. Crim. art. 133. Const. Crim. verb.* So solch Ubel fürsätzlicher und boshaftiger Weise geschicht, *Const. Elect. 4. P. 4. vrb.* Wann vorsätzlich: vel culpa, j. e. Si quis dolo non det poculum, *l. 38. f. 5. ff de Pæn. it.* Si quis non malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem det, ex quo ea, quæ acceperat abortum fecerit, *arg. l. 3. f. 2. ad L. Corn. de Sic.* poteritque hac parte peccari vel lata culpa, si v. g. medicus vel pharmacopola ex imperitia poculum abortionis præscribant vel præparent: vel peccatur levi culpa, si v. g. medicus medicamentum ejusque signa non distinete & perspicue præscribat, aut pharmacopola unum medicamentum pro alio legat, quemadmodum hoc modo nescio quis via privatus est, cum medicus literas male pingens opiam ægrototo ordinasset, cuius loco pharmacopola apium legerat: Vel denique levissima si v. g. mater ægrotans famulam rerum imperitam ut medicamentum sibi apportet, aliquem in locum mittat, in quo venenum medicamento plane simile collocatum sit, eaque loco medicamenti venenum apportet &c. Plura exempla de abortu culpa procurato. *Vid. ap. Caranza de Partu c. 16. n. 30. seqq p. 616. seqq.*

§. XXXI. An E. nunquam abortum absque dolo & culpa procurare licebit? Si alios sequi velimus, id afferendum foret, quippe cum non desint ex Dd. Juris Canonici, qui statuunt posse abortionis poculum licite propinari, si probabile sit ex partu periculum, vel etiam si famæ & existimationis

rationis laesio metuatur. *vid. Aug. Barbosam ad c. 5. X. de Homic. n. 2.* Verum cum haec sententiae rationibus omnino, quæ refutationem mereantur, sint destitutæ, causa non est, ut in illis haereamus ulterius. Speciose magis a nonnullis differitur, si certum sit ex partu obliterari esse matrem, nisi abortu facto illi succurratur, permisso esse medico pro servanda matre partum abigere. Vid. Quæ prolixè differit *Caranza de Partu Natur. Et legit. cap. 16. n. 47. seqq. Anton. Martib. d. l. 47. tit. 5. n. 5. p. 186. seqq.* Et *Tertullianus de anima c. 25.* scribit: *In ipso adbuc utero infantem trucidari necessaria crudelitate, cum in exitum obliquatus, denegat partum, matricida, immoriturus.* Eadem ex ratione Hebræorum sapientes decrevisse autor est. *R. Moyses Ben. Maimon. bol. Rorzaeb. c. 1.* partus hoc casu cædem necessario fieri, tanquam aggressoris (*arg. l. 3. ff. de J. Et J. l. 45. f. 4. ad L. Aquil.*) qui quasi vim inferat necandi causa, & ideo penam mereatur, quorum sententia & ideo placet nonnullis, quod naturalis ratio suadeat periclitante vita duorum, si alter non possit, digniori vel morte alterius subvenire, *arg. l. 1. f. 28. l. 3. f. 5. ff. ad SCe. Silan. junct. l. pen. f. ult. ff. de Excus.* quis vero neget matrem esse digniorem. Sed nec haec rationes, ad quas in conflicitu respondebitimus, tanti nobis videntur, ut nos terrent, ne sententiam adversam approbemus cum *Menoch. l. 2. de Arb. Jud. Quæst. Caf. 357. n. 20. seqq.* tum quod optime statuisse opinemur. *Job Bapt. Sylvst. in controvers. med. c. 82.* casum non esse dabilem, in quo certum sit, (1) prægnantem periclitantem, partu per violentiam non ejecto, esse moriturum, (2) eandem fospitem per abortum futuram. Tum quod ipse *Caranza d. c. 16.* concedat, abortum ob violentiam divisionemque præcoecis fructus majus damnum & periculum

lum mulieribus afferre, maxime si a sexto mense & quando fetus jam est grandior, abortus contingat.

§. XXXII. Illud autem sua sponte fluit, abactionem partus, actum aliquem exteriorem inque sensus incidentem ad sui formam requirere, cum voluntas in mente rezentia nihil operetur. *I. 7. ibique Gorbofr. C. de Cond. ob caus. dat. l. 50. ff. de Cond. Indeb.* Unde & Ulpianus *l. 18. ff. de pénis.* Cogitationis pœnam neminem pati afferit, nec id immerito: incongruum enim naturæ humanæ fuissest internis animali affectibus juris effectum tribuere, cum homo internos istos motus, qui ad exteriorem actum non pervenerunt, cognoscere nequeat. Cæterum uti in aliis delictis non omnes actus interni delictio-formata imponunt, sed ex his quidam per gradus, conatus nomine veniunt: Ita & in præsenti ad conatum referre poteris, si v. g. medicus medicamenta præscribat dolo malo ad abortum facientia: Tum si eadem prægnanti porrigit, ista tamen non bibent: denique si medicamentum jam a matre exhaustum sit, parturi tamen non expellat, & quæ his alia poterunt esse, exemplo similia.

§. XXXIII. Cæterum modos illos actuum externorum in definitione supra c. 1. §. 10. ad duo genera revocavi. Vel enim procuratur abortus per aliquid expellens intrinsecum, quod fere per medicamenta aut poculum abortivum fieri solet: Vel per vim ab extra accedentem, puta, si quis lapide, aut ligno, vel pugno prægnantem percutiat, si prægnans ipsa saltando, pondera ferendo, uterum comprimendo. &c. visceribus vim inferat. *l. 39. ff. de Pén. l. 8. ad L. Corn. d. S. c. l. 27. §. 22. ad L. Aquil. c. 5. X. de Homicid. Cons. Crim. art. 133. Cons. Saxon. q. P. q.*

§. XXXIV. Denique quod finem delicti nostri attinet, eum in definitione partim in mali alicujus evitazione,

partim

partim in captatione lucri, vel consecutione boni consistere diximus. Ad illam classem refero, si quis ob evitandam ignominiam hoc velamento imprægnationem hominum subtrahere cognitioni nitatur: Si quis salvandæ matris gratia abortum procuret. Ad hanc, si quis explendæ libidinis causa, vel odii meditatione, puta ne inimico marito filius procreetur, aut si pecuniarii lucelli gratia, vel ad hæreditatem captandam ventri vim inferat. *d. l. 39. ff. de pén. c. 5. X. de Homicid.*

C A P U T III.

De

Effectibus hujus Delicti, ejusque Affiniis.

S U M M A R I A.

An ob partum abactum detur alio Civilis? §. I. Respondeatur distincte. §. II. Proponitur questio specialis buc spectans. §. III. Sententia Berlichii de eadem. §. IV. Qui respondeatur. §. V. VI. VII. VIII. IX. X. De pena partus abacti triplex formatur inspeccio. §. XI. 1) *An in hoc crimen aliter puniatur dolus, aliter culpa?* §. XII. XIII. XIV. Reficitur distinctio Petezii de Lara, quod culpari. §. XV. 2) *An differentia partus animati & inanimati inducat differentiam pena?* §. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. Exponitur *L. 39 ff. de pénis.* §. 17, 18. Item *L. 38. §. 5. ff eod.* §. 19, 20. 3) *An varietur pena pro varietate personarum delinquentium.* In specie an aliter puniantur parentes, aliter extranei? §. XXII. XXIII. XXIV. XXV. *An aliter puniatur maritus ac famina?* §. XXVI. De pena jubentis. §. XXVII. Quo tempore hoc delictum prescribatur? §. XXVIII. Affinia partus abacti. §. XXIX. Utrum partus abactus sit baptizandus? §. XXX. An item proficiat ad ius trium liberorum? §. XXXI.

§. I.

Delicita quæ immediate privatos lœdunt, duplaci modo considerari merentur, vel enim quatenus damnum ista privato inferunt, vel quatenus tranquillitatem publicam per consequentiam turbant. Eadem consideratio est in partu abacto observanda. Lœditur enim partus præprimis si animatus sit: lœditur mater, dum ejus violantur viscera: lœditur pater, dum liberis fraudatur, *L. q. de extraord. Crim.* lœditur denique publicæ rei securitas, dum illa cive privatitur, malumque exemplum aliis ad peccandum prioribus datur. Sed quemadmodum ex Jure Civili constat, ob pauca saltem delicta actionem ad interesse privatum consequendum concedi, ita merito sollicitis nobis esse opus est, an propter partum abactum matri vel patri, vel aliis cognatis actio ejusmodi sit indulta?

§. II. Jus divinum quod attinet, satis perspicue hac de re quidem cautum est, si partus abactus nondum animatus fuerit, vel secundum aliorum expositionem, si matri per abortum nullum damnum illatum sit, maritum, seu patrem damnum illatum estimare posse, a Judice tamen moderandum *Exod. XXI. vers. 22.* At in jure Romano nihil quidem mibi deprehendere licuit, quod actioni privatæ faveat, excepta *L. 27. f. 22. ff. ad L. Aquil.* ubi Ulpianus: *Si mulier pugno, vel equo ielu o te percussa ejecerit, Brutus ait, Aquilia teneri, quasi rupto.* Sed nisi equidem fallor Ulpianus hoc casu de muliere ancilla loquitur, cuius cum hodie propter sublatum jus servitutis non sit usus, non prolixiorem ea res merebitur disfunctionem. Nec obstat quod notum sit, etiam ob liberum hominem dari actionem utilem *L. Aquilæ.* *L. 13. ff. ad L. Aquil. arg. L. 3. ff. si quadr. paup fec. dicatur.* At vero an eadem utilis actio locum habeat in libero homine interfec-

terfacto. Sane enim *d. l. 3.* vulnerationis tantum facit mentionem, & *d. l. 13.* liberum hominem suo nomine saltem utillem Aquilæ actionem instituere posse, afferit. Quæ utramque limitatio ad casum partus abacti applicari nequit, nisi si mater per poculum abortionis damnum passa sit, & suo nomine actione utili *L. Aquilæ* experiri cupiat: Quanquam tum disquirendum foret, utrum haec actio utilis adhuc hodie sua utilitate gaudet? Certe neq; *art. 133. Conf. Crim.* nec *Conf. 4. P. 4. Conf. Saxon.* quicquam de ea meminit.

§. III. Spectat huc casus a *Berlichio* propositus, *P. 4. Concl. 8. n. 56.* Maritus nullis aliis liberis relictis, nisi uxore prægnante decedit, hic si uxor gravida non fuisset, hereditas universa, detracta prius portio statutaria vel simili viduae superstite debita ad alios heredes devolveretur, uxore vero posthumum pariente hereditas integra penes posthumum maneret, & eo mortuo ad viduam pertineret. Quæritur igitur, si quis viduam prægnantem verberet, vel aliter causam abortui det, ita ut illa hereditate, vel simili lucro carere cogatur, an is etiam ad hac interesse & lucrum cessans teneatur?

§. IV. Berlichio quidem placuit affirmativa, tum per text. in *f. Illud non ex verbis io. f. ad L. Aquil. L. Ait. 27. f. ult. L. Proinde.* *21. f. 1. L. Ide 23. f. Julianus 1. & f. 6. L. Liber homo 37. f. 1. L. 51. f. 2. L. Stichum 55. post pr. ff. eod.* Tum, quod etiam medicus, qui propter imperitiam vel culpam infirmo præbet causam morienti, teneatur ejus heredibus ad damna & interesse, secundum opinionem *Julii Clari*, tum denique quis generalis *Dd.* opinio sit quod is qui aliquem in casu necessariæ defensionis, aut homicidii fortuiti interficit, obligetur ejus uxori & heredibus præter mulieram vel aliam penam extraordinariam etiam ad estimationem damnorum, interesse, & lucri cessantis.

§. V. Sed his non obstantibus tentabimus, an non ad rationes Berlichii responcionem invenire possimus. Quod igitur textus Juris Civilis concernit, eorum quos Berlichius adduxit sensus iste est: in L. Aquilia fieri aestimationem non damni revera dati solum sed & omnis interesse & lucri cessantis, L. 21. f. ult. L. 23. f. 6. L. 37. f. 1. L. 55. ff. ad L. Aquil. proinde hic aestimari quoque causas corpori cohaerentes: ut si quis ex comedis, aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut ex pari mularum unum vel unam occiderit, non solum perenti corporis aestimatio facienda sit, sed & ejus ratio haberri debet, quo caetera corpora depretiata sunt. L. 22. f. 2. eod. Et porro si quis servum ab altero heredem institutum ante occiderit, hereditatis quoque amissae ratio est habenda. f. 10. f. 2. & L. 51. f. 2. ff. eod. Quibus ultimis textibus videtur potissimum Berlichius fuisse motus, ut in questione proposita & matri ratione hereditatis amissae actionem concesserit.

§. VI. Sed ut taceam, ab intersectione servi, de qua expresse loquuntur d. l. 51. f. 2. & d. f. 10. ad liberi hominis necem consequentiam non valere, propter dicta superies f. 2. hujus cap. communiter Ddres notant, quoties de interesse sermo est, & tali quidem, in quo lucri cessantis, ratio habetur simul, lucrum oportere circa rem ipsam confistere, in eaque esse radicatum, non foris adveniens aut fortuitum. Vid. Huberi pos. ad Justit. tit. de Actio. pos. 47. Quam in rem adducitur, l. 21. f. 3. ff. de Act. Empl. ubi postquam dixerat JCtus: Omnem utilitatem emtoris in estimationem venire, cum per venditorem steterit, quo minus rem tradat. Hanc tamen utilitatem emtoris seu ejus interesse statim limita; ut modo ea circa ipsam rem confusat. Neque enim, ita pergit, si potuit ex vino negotiari, & lucrum facere, id aestimandum est, non

non magis, quam si triticum emerit & ob eam rem, quod non sit traditum, familia ejus fame laboraverit: nam pretium tritici, non servorum fame necatorum consequitur, nec major sit obligatio, quod tardius agitur, quamvis crescat, si viuum hodie pluris sit. Quibus praesuppositis dicemus, interesse matris in dato casu minime fuisse radicatum, cum ea demum maxiti hereditatem acquisisset (1) si posthumus ille vivus fuisset procuratus: & (2) si ante matrem & quidem in pubertate iterum fuisset mortuus: quae omnia, ut futura contingentia, adeoque nulla certitudine subnixa consideranda sunt.

§. VII. Quod si maxime urgere velis, ab actione emti ad L. Aquiliam argumentationem non admitti, & in hac lucrum quoque incertum in estimationem venire, ut premium hereditatis, per d. l. 51. f. 2. & hic non obscure contrarium ostendi poterit. Nam etsi Julianus in d. l. 51. simpliciter tantum hereditatis faciat mentionem, adeoque ejus verba, generaliter accepta, etiam admittant illum casum, si quis servum meum a Titio heredem institutum vivo adhuc Titio interficiat. Ubi sane lucrum illud hereditatis meo respectu æque incertum est, ac in questione a Berlichio proposita erunt tamen utique ista Juliani verba secundum ductum Triboniani in f. 10. f. d. 2. verb. quam is jussu tuo hereditatem adierit, restringenda ad illam circumstantiam, si quis testatore jam mortuo dominoque deliberante ad servum velit jubere ut hereditatem adeat, servum heredem institutum occidat, ubi interesse Domini omnino pro radicato habendum, cum quovis momento potuisset per jussum suum hereditatem istam acquirere. Et hoc pacto non dubitanus afferere, quod actio L. Aquilie ad estimationem hereditatis non tenet, si quis servum vivo testatore interemisset.

§. VIII. Et quid multis ambagibus opus erit, cum

ipse Julianus ab Ulpiano L. 23. ff. eod. adductus satis perspicue mentem suam explicit. Natu expresse Julianus scribit: *Si institutus fuero sub conditione: SI STICHUM MANUMISERO.* (Cui conditioni, cum omni tempore a me satisficeri queat, illa merito inter potestativas referenda erit) & *Stichus sit occisus post mortem testatoris, in aestimationem etiam hereditatis premium me consecuturum: propter conditionem enim defecit conditio.* (Scil. quia in continentia a me impleri poterat. Nam si conditio fuisset casuialis, & tunc aliud dicendum foret) *Quod si vivo testatore occisus sit, hereditatis aestimationem cessare: quia retrosum, quanti plurimi fuit inspicitur b. e. ut non male Aza ad d. l. 23. quia mihi non videtur quaesitum vel amissum, quod ex alieno pendet arbitrio; posset enim testator mutare voluntatem, adeoque vivo testatore servus haeres institutus pluris vendi non potuisset.*

§. IX. Eadem responso repetenda est ad conclusiones Doctorum, de Medico imperite necante & illo, qui in casu necessariae defensionis aut homicidii fortuiti occidit. Intelligendae enim sunt etiam illae de interesse radicato. *Conf. Groz. de J. B. & P. L. 2. c. 17. Pufend. de J. N. & G. Lib. 3. c. 1.* Accedit, quod, quamvis ea, quae Doctores in his casibus disputant aequitati naturali non sint inconvenientia, tamen in praxi non ubivis recepta fuerint. Sic ex ratione Juris Saxonici (secundum quod in eum, in quem capitali pena animadversum est, actio de damno resarciendo non datur. *Vid. P. & C. 12. ibique Corpz. def. 7.*) Doctrina Berlichii, etiam si Jure Civili fuerit apta, eo, quod idem jus in eum qui partum abegit ultimum supplicium dictat, non procederet.

§. X. An ergo inquires hereditatem defuncti retinet iste nefarius, qui eo animo, ut ad se deferatur hereditas defuncti, partum abegit? Sane id iniquum foret, cum nemo

ex suo dolo debeat commodum sentire & locupletior fieri. Putamus itaque hoc casu, ejusmodi delinquenti hereditatem ut indigno a fisco auferri. *arg. L. 3. ff. de his quibus ut indign. z. t. ff. ad SCt. Silan.* Si enim is, cuius negligentia perit defunctus, quive ei maledixerit, aut qui necem defuncti non sit ultus, hereditate privatur, cur non & ille, qui in defuncti progeniem lœviit.

§. XI. Missa itaque actione Civili, videndum nunc erit, quomodo ob interesse publicum turbatum, abortum facientes puniantur? Ubi quidem ad tria potissimum distincte respiciemus. 1. An ratione modi differentia sit inter dolum & culpam? 2. An alia sit pena partus animati abacti, alia inanimati? 3. An differentia personarum delictum committentium etiam penæ differentiam inducat? In singulis autem membris, ne confuse quæstiones trahemus, distinguimus iterum Jus Romanum a Canonicō, Carolino & Saxonico idque eo magis, quo saepius Dd., qui hac de materia scripsierunt, Jura hæc diversa miscuisse, deprehendimus.

§. XII. Itaque quod primum membrum concernit: Quær. Utrum aliter puniatur is, qui dolo malo abortum procuraverit, præ eo, qui culpa? Ita quidem videtur dicendum esse, cum penarum finis potissimum sit emendatio, emendatione autem majore videtur opus habere is, qui ex negligencie, quam qui ex negligentia peccat. Sed quicquid hujus sit, nobis tamen quoad Jus Civile videtur amplectenda illa sententia, quod hac parte eadem pena puniatur culpa quæ dolus. Res clara est: Nam *Marcianus L. 4. ff. de extraord. Crim. temporali exilio notatam fuisse eam, quæ data opera abegerit observat.* Idem tamen in *L. 3. f. 2. ad L. Corn. de Sic.* eam, quæ non malo animo, malo tamen exemplo medicamentum ad conceptionem dederit, ex quo ea quæ acceperat, de-

cesserit, non minus ex SCto fuisse relegatam, notat. Qued si hoc posterius exemplum tibi ideo non placeat, quia in eo, non de poculo abortus, nec de exilio, sed de relegatione, quæ mitior est exilio, agitur, audiamus Paulum, qui in *L. 38. f. 5. ff. de Pen.* eos, qui abortionis poculum dant, et si absque dolo, tamen si humiliores sint in metallum si honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegari, scripsit. Causam equidem hujus identitatis hic inquirere nolo, nisi forte dicere velis, id eo a Jure Civili hoc casu inter dolum & culpam non distingui, quoniam ex ejus hypothesi, ut supra fuit ostensum & amplius in sequentibus ostendetur, hoc delictum semper, extra ordinem, & nunquam capitaliter fuerit punitum, adeoque non opus fuerit, aliam penam culpæ, aliam dolo imponere.

§. XIII. Quæ hypothesis, cum Jure Canon. non fuerit recepta, sed ut supra demonstratum dedimus, vel quod perpetuo partus in utero vivat, vel quod ad tempus saltem, creditum fuerit: Inde non mirum, si & ratione penæ discrepantia inter dolum & culpam fuerit observata. Nam ex eorum quidem sententia, quos Traducianis favisce supra diximus, distinctio hæc satis videtur fundari in *c. 5. X de Homicid.* Ubi is demum ut homicida puniendus dicitur, qui explendæ libidinis causa, vel odii meditatione poculum, abortivum dat: Quæ singula *negligentia* præsupponunt. Deinde etiam ex eorum opinione, qui in Jure Canonico differentiam inter partum animatum & inanimatum agnoscunt, initius punitur culpa, quam dolus. *arg. c. 20. X de Homic.* Ubi qui ex culpa abortum procuraverat, & quidem animatum, saltem ab altaris officio abstinere jubetur: cum alias ut homicida puniendus fuisset, h. e. pena excommunicationis. *can. Itaque c. 24. qu. 3. Vid. Lancell. L. 4. Inst. tit. X. f. 1. Vallensis ad Decret. tit. de Homicid. n. ult.*

§. XIV.

§. XIV. De Constitutione Carolina & Jure Saxoni idem dicendum erit. Nam expresse in *d. art. 133.* mentio sit doli mali, verb. Fürsätzlicher und boshaftiger Weise geschicht. it. in *d. Conf. 4. P. 4.* verb. vorseiglich. Unde concludemus in abortu culpoſo mitiorem penam obtinere: Itaque in his casibus pro diversitate circumstantiarum & culpæ, utrum lata, levis & levissima sit, jam pena relegationis, jam carceris, jam pecuniaria dictatur. Vid. *Corpr. Qu. XI. n. 25.* Nec aſſter de conatu judicandum est, propter verba *d. Conf. 4. ubi* Oder aber das, was zum Abtreiben genommen, keine Würfung gehabt. *Corpr. d. l. n. 26.*

§. XV. Illam vero distinctionem, utrum is, qui culpa abortum procuraverit, puta percutiendo prægnantem, sci- verit vel ignoraverit eam prægnantem esse, cum applicatio- ne, ut sciens gravius puniri debeat, quam ignorans approba- re non possumus; quamvis videamus eam placuisse *Perezio de Lara Compend. Vita homin. c. 9. n. 8. seqq.* quoniam scil. non debuerit divinare mulierem esse prægnantem. Sufficit e- min, quod hic non habuerit potestatem verberandi feminam, etiam non prægnantem, quemadmodum sic æque ut homici- da punitur, qui Titum interfecit, vel verberaverit, cum putat verberare aut occidere Cajum.

§. XVI. In expositione membra secundi & an scil. in penā differentia partus animati & inanimati considereretur, multum nos juvabunt ea, quæ supra *c. 2.* de hac distinctione disseruimus. Cum enim Jus Civile distinctionem istam non agnoscat, non poterit etiam secundum ductum hujus distinctionis penam disserare, sed semper penam extraordinaria ex Jure Romano locum habebit, nunquam capitalis.

§. XVII. Tantum hac vice textus removebimus, qui secundum communem Doctorum sententiam, pro pena ca- pita-

pitali in abortu observanda adducuntur. Primum telum ex L. 39 ff. de Pan. desumitur, ubi ex Ciceronis oratione pro Cluentio affertur, Milesiam quandam mulierem, cum esset in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia pertum sibi medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam. Sed hic pro nobis respondeat Matthæi, legibus non exemplis esse judicandum, neque posse rem, quam Cicero in Asia judicatam refert, partem distinctionis facere, cum jus in eo loco non proponat Cicero, sed exemplum duntaxat seu rem judicatam. Unde corruit distinctio plurimorum Doctorum a Berl. Concl. 8. P. 4. n. 57. allatorum, cum quibus facit etiam Petrus Herodius in loco supra c. 2. a nobis descripto. Qui, ut istam penam capitalem mulieris Milesiae, cum pena exilii temporalis, quam statim in alio exemplo subjungit Tryphoninus d. l. 39. ff. de pan. concilient, rationem disparitatis in eo querunt, quod mulier Milesia pecuniam acceperit, altera vero in odium saltem mariti abortum fecerit: Quantulo enim improbior, ut recte iterum Ant. Matthæi quæ pecuniam accepit, cuius sacra fames est, illa quæ odio mariti deliquit.

§. XVIII. Ineptior est conciliatio *Conii*, qui ad d. l. 39. in casu secundo verbum: *prægnans* captat, ejusque remedium, illum cum casu de muliere Milesia conciliare satagit, quasi nimis hæc non *prægnans* saltem fuerit, sed *gravida*, adeoque gravius quoque punienda: *Prægnantem* enim esse, quæ se concepisse sentiat, gravidam vero, quæ jam gravetur partum seu conceptum. Vellem enim vel unica litera mihi ostendi ex d. l. 39. quod mulier illa Milesia *gravida* dicatur. Deinde etiamsi concederemus, talet differentiam horum duorum vocabulorum observari, velut ex autoribus probat *Mort. Martinus* in Lexic. voce *Prægnans*. dubito tamen, an in jure

jure Romano eadem observetur differentia, cum contrarium pateat ex L. 1. pr. s. i. & 10. ff. de Ventr. inspic. L. prægnantis q. ff. de panis.

§. XIX. Majus refugium queritur in L. 38. s. 5. ff. de Pan. Qui *abortionis*, inquit JCtoris, aut amatorium poculum dñe, eis dolo non faciant, tamquam quia malum exempli rei est humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegantur, quod si eo mulier aut homo perierit, summo suppicio officiuntur. Hæc lex, uti alias ob controversiam: an mulier sit homo cum hic opponatur homini, nota est, ita plerique Doctorum verba ultima sic circumscribunt: *quod si eo* (scil. poculo abortionis) *mulier aut* (qui in ventre latet) *homo* (qui nomine generico denotatur, quia nescitur, utrum masculus an feminina sit) *perierit*, *summo suppicio officiuntur*. Sed quemadmodum hæc explicatio aperte pugnat cum hypothesi JCtorum Romanorum, qui embryonem pro homine non agnoscunt, per superius deducta: ita inconveniens etiam illud oriretur, JCtum duplarem quæstionem de poculo *abortionis* & *amatorio* proponere, in responsione vero & decisione unius tantum facere mentionem.

§. XX. Quapropter manifestum esse arbitramur, JCtum in verbis: *Aut homo* loqui de morte, non ejus qui in utero est, sed personæ cui amatorium poculum datum fuerit, & sensus sit: *Quod si eo* (scil. abortivo) *mulier*, (cui solidatur, non masculo,) *aut* (amatorio) *homo* (i. e. tam mas quam feminina) *perierit*, *summo suppicio officiuntur*. Quam explicationem confirmant etiam Basilica, quæ magnæ autoritatis in interpretatione juris Romani semper fuerunt. Ita enim dicta verba ultima, in L. 60. Tit. 51. c. 38. exponunt: *εἰ δὲ ἀνέθαψεν ὁ πιῶν, ἐξάρτω τεμωγέται*, i. e. *Si vero moritur, qui bibit, ultimo suppicio punitur, qui poculum dedit*. Ridet equidem F hanc

hanc explicationem *Freberus L. 1. Parerg. cap. 17.* quasi scil. philtro ingurgitatus non soleat emori, sed ad furorem adi-
gi. Sed ipse potius se ridendum aliis hoc passu propina-
vit, cum ejus paradoxo redarguat catalogus philtro subla-
torum ap. *Zwingerum in Theatro Vita humana Vol. 2. Lib. 7.* &
experientia quotidiana. *Decian. Lib. 9. tract. Crim. C. 2 3. n. 8.*

§. XXI. Jus Canonicum equidem pro diversitate hypothesium, modo partum abactum indistincte pœna capi-
tali notat, c. s. X. de *Homic. c. 20. c. 2. qu. 5. in fin.* quatenus ni-
mirum ibidem ex sententia antiquorum Conciliorum, de
quibus supra tradux animæ præsupponitur: modo Infusio-
norum doctrinæ favens, pro differentia partus animati &
inanimati differentem quoque injungit pœnam, c. sicut 20. X.
de *Homic.* quorum posterius etiam approbat *Carol. V. Const.*
Crim. d. art. 133. pœnam capitalem dictans, si partus abactus
fuerit animatus, & extraordinariam, si inanimatus. Neque
hic discrepat Jus Saxonum, utpote quod eandem distinctio-
nem satis dilucide proponit, d. C. 4. P. 4. & notat *Beatus in*
Cenr. i. sentent. Crim. tit. 3. c. 5. pœnam fustigationis fuisse ir-
rogatam illis, qui partum abegerant inanimatum, neque ma-
jorem ovo gallinæ.

§. XXII. In tertio membro: Utrum nimirum dif-
ferentia personarum abortum committentium pœnam aggri-
vet, aut minuat, potissimum disquisitionem meretur, anali-
ter puniantur parentes abortum procurantes, aliter extranei?
Videbatur hæc quæstio indistincte affirmanda esse, cum pa-
rentes infanticidum videantur committere, cuius major est
pœna, quam homicidii simplicis. Contra indistincte eam
negat *Carpz. P. 4. C. 4. D. 1.* Nobis ut in præcedentibus, ita
& hic secundum distinctionem juriū est respon-
dendum.

§. XXIII.

§. XXIII. Quoad Jus equidem Civile eadem pœna
punientur extraneus & parentes partus abacti rei. L. 4. ff. de
Extraord. Crim. L. 8. ad L. Corn. de Sic. junct. arg. L. 3. s. 2. co-
dem. & L. 38. s. 5. ff. de Pœn. Neque hoc jure ad infantici-
dium referri poterit partus a matre, v. g. per abortivum
poculum ejectus, cum ut saepius inculcatum jam est, JCti
partum in utero hominem esse non agnoscant. Ex senten-
tia quidem Juris Canonici posset abortus, partus viventis a
matre procuratus pro parricidio haberis: sed tamen gravius
vix punietur mater præ extraneo, cum canones in ipsum
parricidium non soleant gravius animadvertere, quam in
homicidium simplex. arg. s. t. X. de bis qui fil. occid.

§. XXIV. Apertior est discrepancy in constitutione
Carolina, ubi Invictissimus Imperator constituit: daß die
Frau, so sie es auch an ihr selbst thäte, erfränkt, oder sonst zum
Tode gestrafft werden solle. Quod ita intelligo, ut mater si
partum proprium abegerit pœna suffocationis, quæ in art.
131. infanticidæ dictatur: Si alienum, gladio puniri debeat.

§. XXV. Jus Saxonum quod attinet, & hic non
obscure Seren. Elector inter matrem & extraneam perso-
nam d. C. 4. L. 4. distinguit, verb. So soll die Missethäterin
am Leben, und die so darzu mit tränken, oder in anderer Ge-
stalt geholffen, mit dem Schwerdt gestraffet werden. Præsup-
pono enim, quod per verbum: die Missethäterin, intelliga-
tur ipsa mater, quod etiam ipse *Carpzovius* concedit Qz. XI.
n. 8. Jam si eadem pœna plecti deberet mater ac extraneus,
ut vult, *Carpz. d. D. 1.* frustanea & plane otiosa forent verba
d. Const. Am Leben. Non diffidendum tamen est, quoad ob-
servantium judicialem & matrem non nisi pœna gladii in
hoc delicto coerceri solere, prout ostendit non solum præ-
judicium JCtorum Lipsiensium, a *Carpzov. d. Def. 1.* relatum,

sed & alia sententia Jenensium JCtorum, quam vide ap. Beatum d. l. c. 9. p. 60.

§. XXVI. Sed annon sexus quoque ratio in impositione pœnæ propter partum abactum habebitur? Regulariter eundem non attendi, nisi in casibus a jure expressis satis probat *Carpov. Qu. 12. n. 16.* Cum malitiosus animus æque in foeminis ac masculis sit improbandus & legum pœnia coercendus, ne in publicum prorumpat malum. Idemque de Jure Saxon. observari ostendunt iterum JCtorum Lipsiensium sententiae a *Beato d. l. c. 5. & 10. p. 56. & 61.* recensitæ, ex quibus videre licet, æqualem pœnam, qua capitalem, qua extraordinariam masculo & foeminæ fuisse dictatam: De Jure Carolino tamen forte aliud pronunciandum foret propter verba d. vrt. 133. Soll der Mann mit dem Schwert als ein Todschlager und die Frau extrancet, oder sonst gestrafft werden.

§. XXVII. Jubentem quod concernit, Quær. An & hic eadem pœna sit plectendus ac ille qui abortum immediate procuravit? Affirmamus, cum distinctione tamen asseverit partum sive animatum, an minus, quorsum spectat sententia JCtorum Lipsiensium ap. *Beatum d. c. 10. p. 61.* Hat der junge Geselle bekannt, daß er die Wittwe (welche er geschwängert) geheissen habe, daß sie das Kind abtreiben soll, und daß er ihr vermeldt, womit sie solches thun soll, wo er denn solches geheissen, und die Witfrau darauf gewiesen hätte, zu der Zeit, da er gewußt, daß die Frucht im Mutterleibe allbereit am Leben, und er würde auf solchen Bekanntniß vor Gericht freywillig verharren, so möchte ihr ihn mit dem Schwerte straffen lassen, wo aber die Frucht zu der Zeit, da er es die Witfrau geheissen, im Mutterleibe noch nicht lebendig gewesen wäre, oder wo man das in Zweifel stünde, so möchte

möchtest ihr ihn zum Staufen schlagen, und aus euren Gerichten verweisen lassen. V. R. W. Non admittimus tamen limitationem Berlichii, quasi mater quæ jussit filiæ minorenri, ut partum animatum abigat, capituliter sit punienda, filia vero minorenris matri obediens extra ordinem: cum nulla hic quidem ab eo afferatur legis dispositio, vel ratio prægnans, sed saltem cumulus autorum per quos equidem in materia juridica nobis imponi non permittitus. Quia ita haec limitatio expresse pugnat cum L. 9. s. 2. & 3. ff. de Minor.

§. XXVIII. Restat ut de præscriptione hujus criminis etiam quædam videamus. Constat autem crimina regulariter vicennali præscriptione excludi. L. 12. C. ad L. Corn. de Fals. Dico: regulariter. Solent enim Doctores ob particulariter exceptiones nonnullas tradere criminum, quæ atrociora vocare solent, nec intra hoc tempus præscribi assentunt, inter quæ numerant etiam, quamvis absque allegatione textus, crimen abortus. Vid. Farin. L. 1. Qu. 10. n. 29. seqq. Theod. Colleg. Crimin. c. 10. tb. 7. lit. D. Lauterbach. disp. de Criminum Præscript. Tb. 23. Nobis non quidem ex hypothesi Juris Romani, sed potius ex sententia Juris Carolini & Saxonici distinguere placet, an a parentibus abortus procuretur, an ab extraneis: ita ut posteriori hoc casu sententiam illam Doctorum non approbemus, bene tamen in priori, utpote in quo delictum hoc ad parricidium spectet, si scil. partus animatus fuerit, parricidium autem a Regula d. l. 12. C. ad L. Corn. de Fals. videtur eximi in L. fin. ff. ad L. Pomp. de Parricid.

§. XXIX. Affinia hujus delicti ex dictis facile poterunt intelligi, spectat enim huc (1) Infanticidium, præprimis ex sententia juris Cæsarei. (2) Poculum amatorium, arg.

L. 38. f. 5. ff. de Pæn. tum (3) Poculum sterilitatis. *arg. c. f.*
X. de Homic. quorum ultimum neque propter multitudinem liberorum neque propter multitudinem Civium neque ob promotionem sanitatis inter licita computamus, iisdem argumentis hic utentes, quibus supra abortivum poculum ad matrem conservandam propinatum rejecimus. *vid. latius.*
Ant. Matthæi L. 47. tit. 5. c. 1. n. ult.

§. XXX. Corollariorum loco paucis considerabimus quæstiones duas, de abacto partu tractantes. Quarum prima est: An partus abactus baptizari debeat? Quæc quidem Domitiana videri posset, cum partus per poculum abortivum aut alio modo ejectus nunquam vivus edatur, constet autem, non nisi infantes viventes esse baptizandos. Sed aliud tamen ostendit præjudicium Jenensium JCtorum ap. *Bearum d. l. p. 60.* & nimirum, quamvis raro, contingere posse, quod infans abortivus etiam extra uterum matris aliquo temporis spatio, vitali aura fruatur: proponitur enim ibi casus, ubi mater confessa erat: Das sie ihrer lebendigen Frucht, so sie vier Wochen bey ihr gefühlet, mit Getränke abortiret, und ein unzeitig Kündlein, alleine in einem Garten zur Welt gebracht, welches ungefährlich 2. Stunden gelebet, und darnach gestorben, und sie dasselbige vor den Garten getragen, und in die W. in dem Mühl-Graben geworffen. Hoc præsupposito affirmamus quæstionem propositam, cum inter nostrates Theologos nullum sit dubium sacramentum baptismatis matris partui etiam ante legitimum tempus procreato injuste denegari. *Dante Cas. Consc. Cap. 14. Qu. 24.* modo perfectus, & totus vivus sit editus, haec enim requisita ut coniunctim concurrant necesse est; mortuus enim & ex parte editus non est baptizandus. *Schilteri Inst. Juris Canon. L. 2. tit. 2. f. 10.* *Hieger. ad Lancell. L. 2. tit. 3. f. 8.*

ubi

ubi etiam recenset modernorum quorundam pontificiorum Moralistarum perveram doctrinam, de parte vel membro infantis nondum editi baptizando. De monstroso nemo est qui dubitet, illum ad sacramentum baptismatis non admitti.

§. XXXI. Secundo Quæc. An partus abactus proficiat matri ad jus trium liberorum consequendum? Distinguere inter SCrum Tertullianum & L. Papiam. SCrum Tertullianum, exclusis aviis, matribus ingenuis jus trium, libertinis quatuor liberorum tribuebat, quo jure admittabantur ad successionem liberorum intestato mortuorum, per *f. 2. f. ad SCr. Tertull.* Respondendum igitur est ad Quæc. propositam, quod partus abactus matri non proficiat ad Jus trium liberorum, cum ad illud requiratur, ut ter vel quater sit enixa mater, tum ut vivi & perfecti liberi sint procreati, uti loquitur *Paulus L. 4. sent. tit. 9. in pr.* At vero qui mori tui proveniunt, neque nati esse, neque liberi appellari meruerunt, *L. 129. de V. S.* & quia aborsus vel abactus venter partum efficere non videtur. *Paulus d. l. f. 6.* Accedit & illa ratio, quod nec ista mulier, quæ uno partu tres filios edidit, jus trium liberorum consequatur: quia non dicenda est ter peperisse, sed semel partum fudisse. Deinde nec mulieri, quæ monstrosum vel prodigiosum partum enixa est, hoc proficit, quia non consentur liberi, qui contra formam humani generis converso more procreantur. *L. 12. de stat. Hom.* Ideoque omnino dicendum, nec illam quæ abortum passa est jus hoc consequi. Aliud dicendum de L. Papia. Hic enim plurimi Doctores statuunt, professe matri partum abactum, ad istius legis pœnam evitandum: In hac etenim Lege parentes liberis orbati multabantur dimidia parte eorum, quæ ipsis in testamento relinquabantur. Legis

48 TRACT. JUR. DE CRIMINE PARTUS ABACTI.

Legis autem hujus Papiæ ratio maxime respiciebat studium suscipiendæ prolis, hinc & partus saltem, non vero libero-rum mentionem, uti quidem in SCto Tertulliano, faciebat. At partus est etiam, qui conceptus saltem est, licet vivus & integer non edatur hinc eleganter in L. 135. ff. de V. S. ait Ul-pianus: *Nec enim est, quod eis imputetur, qua qualiter posuerunt statutis (scil. L. Papiae,) obtemperaverunt.* Neque id quod fataliter accessit matri damnum injungere debet. Differentiae rationem reddit illam, quod in SCto Tertulliano parentes versentur de lucro captando, in quibus rebus legum verbis strictissime est inhærendum, ita ut non proficiat matri, ter vel quater peperisse, nisi etiam vivi perfetti & pleni temporis edantur. *Jul. Paul. Sent. d. l.* Verum in L. Papia, ubi de damno vitando agitur, sufficit, si parentes e sua parte statuto obtemperaverunt. *Conf. Vinn. ad f. 2. f. ad SCt. Tertull. Wiffenb. ad d. l. 135. de V. S. Gædd. ad L. 129. de V. S. & omnium novissime Dn. Thomosius ad Strauch. Dissert. 2. Th. 1.*

T A N T U M.

